



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Claudii Fleury, Presbyteri, Prioris Argenteliae Et Reg.
Christianiss. A Confessionibus Institutiones Juris
Ecclesiastici**

Fleury, Claude

Moguntiae, 1760

XIX. De depositione & degradatione & suspensione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67899](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67899)



CAP. XIX.

DE DEPOSITIONE VEL DEGRADATIONE ET SUSPENSIONE.

I.

Clericorum poena maxima est depositio, **P**OENARUM canonicarum maximæ sunt *depositio* clericorum, & laicorum *excommunicatio*. Depositio est privatio omnium functionum publicarum, quas clericus virtute ordinis exercere posset. Sic presbytero depositio nullum jus celebrandi missam, vel administrandi sacramenta: non quod sacramenta sint invalida; sed quod presbyter, spreta ecclesiæ prohibitione, consecrans vel administrans, graviter peccat, omnesque sacris ejus assistentes peccati fiunt participes. Juribus autem, quæ non ex ordine pendent, ut jurisdictione, beneficiis, honore, prorsus exiit, ac laicus reputatur, & beneficia a die sententiæ vacare censentur.

quæ veteribus idem quod de-gradatio,

II. PRIMA sæcula *depositionis* & *degradationis* vocabulo promiscue utuntur ad significandum, clericum condemnatum locum, quem tenuit, amittere & gradu sui ordinis excidere. Ad hominum animos percellendos placuit ritus, clericum depositum publice ornatum clericali spoliandi, eidemque, si concilium injuria depositum restituendum decrevit, ornamenta publice reddendi, quæ est sanctio concilii Toletani IV. an. 633. ¹. Et quamquam clericus depositus laicus fieret, non poterat tamen vitam vivere sæcularem, sed monasterio commenda-

mandabatur ad pœnitentiam, quam si subire detrectabat, excommunicationis fulmine feri-
batur ².

1) C.11. q.3. c.65. 2) c.18. D.8.

III. SEQUIORIBUS temporibus in-
valuit distinctio inter degradationem *verbalem* <sup>qua est
vel verba-
lis,</sup>
& *realem*. *Verbalis* est simplex depositio, nul-
lis cœrimoniiis externis stipata. *Realis* ad hunc ^{vel realis,}
fere modum peragitur ¹: clericus degradan-
dus induitur omnibus ordinis sui ornamentis,
manibusque tenet librum vel aliud officii sui
instrumentum: quo habitu adducitur ad epi-
scopum, qui singula ornamenta sigillatim ei
publice eripit, incipiendo ab eo, quod in ordi-
natione ultimum, & desinendo in eo, quod
primum erat, scilicet in humerali, jubetque,
ut caput omne radatur ad delendam coronam
clericalem, ne ullum supersit clericatus vesti-
gium. Inter hæc territionis causa pronuntiat
conceptas verborum formulas, eis, quæ in or-
dinatione adhibentur, contrarias. Hæc sole-
mnis degradatio fit, si clericus curiæ sæculari tra-
dendus est: unde iudex laicus coram adstat, ut
reum illico ad se rapiat. Ecclesia tamen pro
salute ejus intercedere, & si mortis pœna re-
mittitur, hominem claustro ad agendam pœni-
tentiam tradere debet ².

1) Pontif. Roman. de degrad. 2) C.27. X. de signif.

IV. AD degradationem autem idem nu-
merus episcoporum, qui a veteribus canonibus <sup>a quo su-
scipiatur,</sup>
ad depositionem requiritur. Nam ad depo-
nendum episcopum concilium XII. episcopo-

rum; ad deponendum presbyterum VI. episcoporum, ad diaconum III. episcoporum desiderabatur¹. Minores clericos episcopus in confessu cleri sui deponere poterat. Et hæc quidem vetustis temporibus, quibus concilia frequentiora & clericorum crimina rariora fuere, factu erant facilia. Sed sequiori tempore clerici sæpius peccarunt, episcoporum concilia, in Francia & in Germania maxime coactu difficilia fuere. Quid? quod episcopi vel soli vel per officiales suos deponere ausi sunt presbyteros. Unde iudices sæculares, quibus hæc degradatio videbatur affectata carimonia ad sufflaminandam justitiam, eam diu operiri, criminibusque impunitatem permittere noluerunt. Idque tanto magis, quod quando ipsi in casu privilegiato clericum condemnauerant, episcopus eum sine causæ cognitione degradare noluit. Inde pedetentim evuluit reverentia erga personas consecratas, quæ licitoribus palam constringendæ projiciuntur, ut nullam hodie in Francia degradationem videas. Interim concilium Tridentinum accelerandæ debitæ criminibus pœnæ statuit², Episcopum ad degradationem solemnem presbyteri vel alius cleri loco aliorum episcoporum tot abbates infuatos cruciatosque, vel alias personas, quæ sunt in dignitate ecclesiastica, advocare posse.

1) C. 15. q. 7. c. 3. c. 4. 2) Sess. 13. c. 4.


² censura
& quidem

V. SED & aliæ pœnæ canonicæ, quæ ad privationem bonorum spiritualium temporariam diriguntur, ut reus ad frugem redire instigetur, scilicet suspensio, interdictum, excommunicatio.

trō: quas *cenſuras* potius, quam *pœnas*, adpellare malim. Nam licet excommunicatio Christianum à ſocietate fidelium excludat in perpetuum, eccleſia tamen non intendit, ut perpetuo miſer ſit, ſed ut reſipiſcat, & peccati veniam petat. Aliud de clerico deſiſto dendum, qui eo animo deponitur, ut per omnem vitam privatus maneat miniſterio, quo ſemet indignum reddidit: nam ſi reſtituitur, id ſit per *diſpenſationem* & *ex gratia ſingulari*.

VI. SUSPENDITUR clericus, cui ad ^{suspen-} certum tempus exercitium functionum ſui or- ^{fio,} dinis interdicitur; nam ſi in perpetuum, ac omnis generis functionum dicerem, deſiſtio foret: quæ quum ſit pœnarum, quas eccleſia clerico dictare poteſt, maxima, conſentaneum fuit, ut leviores excogitarentur, & peccatis proportionatæ. Unde & plures ſunt *ſuſpenſionis* gradus. Eſt enim ſuſpenſio vel *localis*, vel *localis,* *perſonalis*. *Localis*, ſi certo in loco functiones obire prohibetur; *perſonalis*, ſi in omnibus lo- ^{perſona-} ^{lis, gene-} ^{ralis,} cis. Præterea *generalis* eſſe poteſt, vel ad certas functiones reſtringi, veluti ſi a ſuggeſtu arceretur, qui ſacrum facere & ſacramenta ad- ^{ſpecialis,} miniſtrare pergit. Poteſt etiam ad tempus reſtringi longius, brevius: quo elapſo ceſſat ipſo factō, vel ruruſus injungitur ad beneplacitum epiſcopi: quo caſu exſpectandum, dum expreſſe tollatur. Interdum clericus non functionibus ſui ordinis, ſed alio quopiam jure, veluti canonicus jure ſuffragii, introitu in chorum, fructu beneficii ad tempus, interdicitur, pro culpæ qualitate & morum diverſitate. Su-

sensio est pœna clericorum propria, quam qui eludit, irregularis redditur. Hanc semper primam dictare solent iudices ecclesiastici, & quidem simulatque accusatus respondit ad articulos, quia ex ipsorum opinione vadimonium infert ratione clericorum *suspensionem*, quemadmodum ratione ministrorum laicorum *interdictionem*.



C A P. XX.

DE EXCOMMUNICATIONE.

I.

Excom-
munica-
tio, pœna
clerico-
rum &
laicorum,
varie acci-
pitur.

EXCOMMUNICATIONIS fulmini omnes Christiani patent: cujus diversæ species in veterum disciplina observantur. Nam & episcopus, qui semet a concilio abstinisset, vel alterius diœceseos clericum ordinasset, excommunicari dicebatur, si communione aliarum ecclesiarum privatus ad propriæ ecclesiæ communionem restringeretur¹; quum tamen tantummodo commercium ejus cum fratribus spirituale suspendèretur². Regula Benedicti c.44. exclusionem ab oratorio vel à mensa communi, qua plectebantur monachi serius venientes, excommunicationem vocat. Usu sequiorum temporum excommunicatio involvit anathema, h. e. exclusionem a communione fidelium, quæ incrustatur verbis evangelii: *Si, quem corripuisti, non audit ecclesiam, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*³; & Pauli: *Si quis frater nominatus est fornicator, aut avarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eo nec cibum*